



Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Gentilium sacerdotes, licet aliquando discalceati, tamen ut plurimum
calceati rem divinam fecerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

262 De CALCEIS HEBRAEOR.

cem Hebraorum *καθοριστικά* sacra
fecisse tradit, refellitur.

I.

Jambl. de
vita Pyth.
Symb. 3.

Aντιδιπτόνος θεού περιέχειν, Nullis pedibus sacrificia & adora, olim fuisse Pythagoræ Symbolum ex Jamblico discimus. Putavit nempe vir Deorum observantissimus, id exigere sacrorum religionem, ut nudis pedibus res fiat divina. Quod tamen a sacerdotibus gentilium non ita semper observatum fuit. Nam licet saepius sacra fecerint discalceati, tamen ut plurimum calceati sacrificarunt.

Strabo l. 7.
Sil. Ital.
de bel.

Fun. l. 3.

Celtes in
Norimb.
cap. 3.

Herodian.
l. 5. de
Sacrif

Eliogabali.
Herod.

l. 2. c. 7.
Braun. de
Vest Sac

Hebr. l. 1.
cap. 3.

apud Herodianum deprehendimus,
& Aegyptios gestasse *υπόδημα* βο-

λεσσο, calceos papyracens, ex Hiero-

doto discimus, quomodo complu-

res

Strabo quidem Germanorum sa-

cerdotes *γυμνοδας* tradit, & Silius

Italicus Herculis Sacerdotes *nudi-*

pedes describit, quomodo Druidas

ex vetustissimo templi cujusdam

saxo Cunradus Celtes sistit, &

alios sacerdotes in antiquis mar-

moribus reperimus: Sacerdotes

tamen Phænicum calceis lineis usos

apud Herodianum deprehendimus,

& Aegyptios gestasse *υπόδημα* βο-

λεσσο, calceos papyracens, ex Hiero-

doto discimus, quomodo complu-

res

res Sacerdotes calceati in antiquis nummis & marmoribus visuntur. Qua de re plura jam dudum monuerunt viri eruditissimi, & nuperrime multa congregavit Johannes Braunius, in eximio opere de vestitu sacerdotum Hebræorum.

II. Apud Hebræos summa religione observatum fuit, ut non nisi nudipedes rem divinam peragerent sacerdotes. Cujus rei non leve argumentum est, quod inter vestes, quibus indui Sacerdotes supremum Numen præcepit, calcei non numerantur. Extat lex de Exod. 28. vestibus sacris, quibus Deus indui voluit tum summum Pontificem, tum reliquos sacerdotes, cum sacris operarentur. Vestes illæ fuerunt *Ephod*, *Pectorale*, *Pallium*, *Aurea lamina Tunica*, *Cidaris*, *Balteus*, *Feminalia*. Sed qui sacerdotibus vestiendi modum præscriptit Deus calceos iis non indulxit. Voluit scilicet ut nudis pedibus sacris operarentur, nisi quod tunica utcumque essent tecti. Quod sane ostendit Hebræorum sacerdotes calceis caruisse, quia cum vestibus sacris nusquam memorantur. Dif-
ferte